

quæ plurimi facimus; plurimi autem non faciunt sapiens nisi illa, quæ magna sunt utilitate, vel dignitate.

QUESTIO XI.

Quare Joannes ob clausum librum tam profusus lachrymis deflebat.

79. Joannes non se intromittit. Flebat Joannes, quia nullus inveniebatur qui posset librum aperire, & quamvis ipse esset discipulus Domini dilectus, non tam altè de se sentiebat, ut huic se muneris parem esse crederet. Liber enim hic, ait, Andreas Cæsariensis. Angelorum captum excedit. Solius Christi erat illum aperire.

81. Magna multo labore acquiritur. Flebat Joannes tanquam gemens & suspirans, quia certè credebatur magna, & alta ac scita digna in libro contineri, & magna & sublimia Deus valè facit desiderare ac postulare. Regnum Sæculi, quod nec magnum, nec per multum tempus duraturum erat, statim ei concessum est à Deo: At David regnum quod valèdè magnum ac duraturum futurum erat, disposuit Deus à Davide acquiri multo ac magno labore per varia rerum discrimina, unde & dicitur Proverb. 13. n. 11. Substantia festina minuitur; quæ autem parvum colligitur, manum multiplicatur. Expende tria verba, paulatim colligitur, manu, scilicet labore.

81. D. Bernard. Secundò, D. Bernard. sermone 1. de Resurrect. Christus est liber, ait, quem Joannes in sua Apocalypsi conspexit, scriptus intus, & foris: foris Christi vulnera cernimus; sed intus immensus ejus erga nos amoris incendia contemplanur. Hunc docet, & indolè videant, hunc omnes legant. Liber hic juxta multorum Patrum sententiam Christus est, inde meriò Joannes in lachrymas prorumpit, quia nisi hic liber, scilicet Christus Dominus aperiretur, legatur ac cognoscatur, imiterique à nobis, non est salus & vita; sed mors ac interitus; salus enim nostra à solo Jesu est.

81. Rupert. Tertio, Rupertus Abbas; Parum erat, ait, huic Sancto Joanni audisse vocem magnam fortis Angeli fortiter predicantis, quis est dignus librum aperire, &c. Quæ voce, vel qua predicatione magnum antiquorum sanctorum desiderium significabatur, nisi & unclio mentem ejus inungeret, ut in ipso excessu præ dulcedine rerum, quas viderat, staret, quoque stertu sanctorum sanctorum desiderium experiretur, quam feble esset: Angelus iste fortiter clamans significat desiderium antiquorum Patrum, quo maxime tenebantur de adventu Christi; & ut ipse præsolveret tot ac tanta signacula mysteriorum, quot de ipso prædicta erant, ut ex multis Patribus retuli quæst. 8 Sed cur Joannes inducitur flens, cum respectu illius nulla esset causa lachrymæ, cum ipse in ænes, jam præsentem Christo frueretur: cur ergo sic fleret? Optime indolis est aliorum iusto desiderio etiam representato commoveri, & usque ad lachrymas compati; cum ergo Joanni esset representatum illud vehementis desiderium, quo antiqui Patres ante

Christi adventum tenebantur, ideo illorum anxietate commotus in lachrymas prorumpit dolens super eorum antiquum desiderium.

83. Anton. Quarto, Sanctus Anton. lib. 1. Histor. tractatu 6. cap. 1 §. 4. Ostenditur, ait, Joannis desiderium (nempe in suo flatu) de sciendo Ecclesiæ futuro statu. Intellexit Joannes quod in illo libro continebantur insigniores eventus Ecclesiæ, inde lachrymatur Joannes, quod nullus inveniat, qui valeat librum aperire, ipse enim præ sua charitate multum diligebat Ecclesiæ, inde multum commovebatur, ut sciret statum ejus, quisquis enim maxime sollicitus est de his, quæ multum diligit & vehementer exoptat scire quidquid ei est eventurum.

84. Mich. Viol. Quintò, Michaël Violæus Abbas S. Euvr. suo nomine, ait, & suorum Joannes flebat, quod nemine aperire librum, aut solente signacula ejus, non potuit sibi videbatur sperata gloria, tam quod sui deserebantur, nec ad fidem vocabantur, cuius stertus argumentum est; non modo dura illorum in captivitate servitium, sed etiam miseræ in iniquitate caritatis. Cur pro clauso libro sic in lachrymas per solvitur Joannes: flebat tum ratione sui ac etiam ratione suorum, quia sciebat ac intelligebat in libro contineri ac ostendi viam, per quam optatam gloriam assequeretur; ac etiam per eum sui illuminarentur, & maxime flenda aliorum caritas, ex qua totalis perditio & ruina nascitur. Et cum liber ostendens viam salutis esset clausus, inde multum lachrymatur Joannes.

85. Pannon. Sextò, Cælius Pannonius. Locus offert, ait, pro qua re sit lugendum, quia non pro agnitionibus corporum, aut adversis, morte parentum, aut liberorum, sed pro veritatis ignorantia, proque caritate nostra: quocirca nihil tam desiderant electi Dei, & dilecti, & pro nulla re tam urgeant, dolent, ingemiscunt, sicut dum vident librum Dei minime aperiri; proindeque suspirant continue, precantur ut videant voluntatem Dei in libri scripti apertura. Cur Joannes tam profusus lachrymis fleret: cur à flatu ob libri apertionem non se temperet? Vehementi affectu desiderabat Joannes scire ac penetrare contenta in libro, & adeo res magna est scire ac ignorantiam deponere, ut illius causa præstantissimum ingenium dolcat, ingemiscat ac lugeat, maximeque tali ignorantia anxietur.

86. Ignorantia valèdè aliena est à præclaro ingenio; maximeque illius acilitatem ac celsitudinè obaubilat ac obscurat. Vult Christus Dominus in signum suæ divinæ potestatis magnò signum edere, ad Lazarum quatuor duanum jam mortuū accedit: Et ut videret eam, scilicet Magdalenam, plorantem in infernis spiritu, & turbavit se ipsum & dixit. Ubi posuisti eum, &c. Ioan. 11. n. 33. Christus Dominus optime sciebat, in quo loco Lazarus jacebat; ad quid inscientiam vult in hoc ostendere? Cum disponit summam potentiam ostentare quatuor duanum advocans in vitam. Inscentia humilitatem, & abjectionem indicat; vitam defuncto concedere multam potentiam demonstrat; quomodo ergo in uno & eodem opere hæc duo Dominus connectit? Expediebat ex supremo, & alto motivo, Dominum Lazarum resuscitare, & simul divinitatem suam occultare & abscondere; ostendit ergo inscientiam loci, in quo erat

EXPOSITIO V.



NU S de senioribus dixit mihi. Qui iste fuerit, omnid ignoratur. Lyranus existimat extitisse S. Petrum, qui est Princeps, & Magister Apostolorum. Dionysius Carthusianus dicit Sanctum Matthæum, qui de Christo scribit: scribit Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Sic etiam faciliè dices esse quemlibet alium Apostolum; hæc enim potius important divinationem, quam fundamentum solidum; sicut etiam id quod ait Alcazar fuisse sanctum Lucam, quod non subsistit; nam superius cap. 4. diximus hos viginti quatuor seniores fuisse duodecim Apostolos, & duodecim Patres veteris Testamenti primiores.

89. Ecce, rem grandem denotat. Vicit. Id est obtinuit, prævaluit potensque est ad aperendum librum signatum: Leo de Tribu Juda. Leo ille nempe famosus, & celebris, non ex sylvis educus, sed ex Tribu Juda natus; cui in benedictione dictum est à Jacob, Genes. 49. Catulus Leonis Juda. Christus hic dicitur Leo per metaphoram ob suam fortitudinem: nam Christus hic apparuit Joanni in specie Agni occisi, ut liquet ex versu sequenti. Radix David: Stirps David ex illustri familia David.

QUESTIO XII.

Quare Christus Dominus dicitur Leo?

90. D. Hieron. In limine quæstionis suppono id quod notat Divus Hieronimus libro 2. Epistola 175. Leo, ait, non modo vocatus est Christus sed etiam vir justus, & Diabolus, at non eadem ratione, non enim juxta rationes omnes exemplum usurpatur, mali sacra sed juxta illam dumtaxat partem que in scriptura sermone conducit, ac quod reliquum est, jubetur valere; Christus quippe ob regiam amplitudinem, atque invictum robur, hoc nomine appellatus est: sed etiam vir justus, hic autem ob intrepidum animum ac nihil periculi metuentem, Justus enim confidit ut Leo, Proverb. 29. numero 1. Diabolus denique ob feritatem, cruorisque sorbendi aviditatem, Circuit enim ut leo, quærens quem devoret. 1. Petr. 5. Cum igitur ex uno animalia, varias imagines Scriptura sacra exhibuerit, nec tamen propterea speculationes confundamus verum cuique, quod ipsi aptum est, tribuamus.

91. Dicitur Christus Dominus Leo de Tribu Juda: Primò, ut est communis sententia quia ordinatus est ex Tribu Juda, cujus insigne fuit leo. Illi enim benedicens Jacob Patriarcha ait, Gen. 49. à num. 8. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in cervicibus inimicorum tuorum: te laudabunt ob insignem victoriam ac trophæum de tyrannide diaboli, & ait fratres tui scilicet homines ut maxime obligati ac stricti tanto beneficio. Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum; quia omnes gentes subjugandæ erant à Christo, quæ antea ei adversabantur. Catulus Leonis Juda, ut explicat Rupertus. Tu ò Christe, es Catulus Leonis, id est filius Dei fortissimi, cuncta

erat Lazarus, quia sic inscientia aliena est à magnitudine, ut etiam in majori sui ostentatione eam valeat obtenebrare ac recondere. Divus Hieronymus de vera Circumcisione. Sic ait: Judæis Deitatem calat in homine, & splendore divinitatis in tanta operationis coruscatione ignorantiam mortalitatis obducit, ut cum possit in suscitando Lazaro Deus adorari, homini in sepulchri ignorantia vilesceret. Dum Christus dominus ostentat præclarissimum divinitatis signum advocans in vita quatuor duanum, ignorantia sepulchri ipsam divinitatem abscondit; tam efficacax prævalens est una inscientia, ut ipsam divinitatem in sui majori ostentatione valeat celare ac recondere, ut resuscitans mortuum, non deus, sed homo putetur, cum de se sepulchri ignorantiam evulget, & dicat.

87. Et meriò sanè, quia nullum est majus signum summæ ac extremæ miseræ, quam inscientia nota; contra divitem avatum profert deus sententiam, quod omnibus suis bonis esset spoliandus: Dixit autem illi Deus; sicut hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti, cujus erant? Lucæ 12. numero 20. Acute ac ingeniosè querit Divus Thomas, deus optime! agnoscebas hunc miserum omni supplicio esse dignissimum, ob suam vanitatem inflationem. Cur ergo indilatè vitâ non privatur? Nonne apertius videbatur, quod statim esse supplicio multatus, quàm illi dicere hac nocte esse moriendum: Adverte quod deus, cum stultum, ac nescium appellat; ergo absque mora durissimâ penâ afficitur, quamvis vita superstes sit, nulla rigidior castigatio, quàm quod unus dicatur ac publicetur nescius, ibi tanquam in compendio, omnis miseria ac abjectio recapitulatur. Divus Thomas in Cateena. Audi, ait, tibi convenienter stultitia nomen, quod nullus tibi imposuit hominum, sed ipse Deus; qui omnia scit, & penetrat, in quo error, & fallacia nulla potest cadere; tibi nomen stulti impingit, in quo omne miseriarum chaos recapitulatur.

87. Apoc. 5. n. 5. Et unus de senioribus dixit mihi, ne fleveris, ecce vicit leo de Tribu Juda, radix David, aperire librum, & solvere septem signacula ejus.

VERSIONES.

88. Syrus. Ne fletu, ecce vincit leo ille, qui est de Tribu Juda, illa radix David, ille aperit librum, & septem signacula ejus. Arabicus. De Tribu Juda, de radice David. Variablis. Qui est de Tribu Juda, ut aperiat librum, & solvat septem signacula ejus.

D. Ambros. lib. de Bened. Patriarch. in Benedictione Juda... D. Epphan. h. 7. 8. quia mater Christi est lea... D. Epiphani. in Physiol. ait, Catulus Leonis... S. Thom. Mai. 45.

45. numero 25. Verè Tu es Deus absconditus... Quinto, Christus dicitur Leo ob regiam dignitatem... Sexto, Leo sic dicitur ob vigiliam... Octavo, Leo suo ragitu feras omnes exteret... Nonò, Leo hoc habet ingenium... Decimo, Christus Dominus dicitur Leo ob generositatem... Undecimo, Non solum dicitur Christus leo... Duodecimo, Flenit Joanni dicitur: Vici Leo de Tribu Juda...

96. Christus cum sua suprema potestate conjuncta summam humilitatem... 97. Christus semper vigilans in suos... 98. Christus multam vigiliantiam habet in suis... 99. Christus superbis condescendit... 100. Christus exemplar concionato... 101. Christus homo mortuus est... 102. Baeca...

Quid habet leo cum libro? Antea in tota Apocaiypsi non memoratur leo... D. Epiphani. Christi magister de tenus... Acto. 10. Bonus Magister venos... D. August. Roman. 8. Spiritus adjuvat infirmitatem nostram... Joan. 14. Verus Magister de-

quod tam admirabiliter & altè præstat, ut in se dicatur habere, quod in nobis operatur D. Aug. Augustinus. Non ergo, ait, Spiritus Sanctus in semetipso apud semetipsum in illa Trinitate, in illa beatitudine, in illa eternitate substantia gemit, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit.

QUÆSTIO XIII.

Quare Leo decantatur victor ad aperiendum librum; & tamen de facto non Leo, sed Agnus tanquam occisus librum aperit?

Joannes videns librum ob signatum maxime desiderabat scire mysteria in ipso contenta; qua de causa in multis lachrymas persolvitur, dixitque ei unus ex senioribus, quod ne fletet. Vicit leo de Tribu Juda, aperit e librum, & solvere septem signacula ejus.

Respondeo. Primo ad questionem, quod bene decantatur, Vicit leo de Tribu Juda; quò tamen Agnus visus sit aperire librum in quo mysteria nostræ Redemptionis continebatur; quia in eo respandit ac enituit virtus Christi ut Leonis, quod ipse esset mortuus tanquam Agnus; ac proinde cum ipse ut Agnus esset mortuus, mortemque sibi assumpsit, suamque fecit, inde ipse virtutem Leonis ostendit, ac ut leo vicit, & triumphavit cum tertia die gloriosè devicta morte resurrexit Rupertus Abbas. It, ait, qui per mansuetudinem, & patientiam in sua passione Agnus erat, & sicut Agnus coram rodente se obmutescens, non aperuit os suum; ipse consummata eadem passione, mox tanquam catulus Leonis ad prædam ascendens infernum spoliaverat, at que in sepulchro requiescens, & accubens ut leo, quasi leona ipsam quoque mortem corporis, & in semetipso, & in nobis tertio die magno rugiet, magnò quo terramotu contriverat. Quia mortuus est tanquam Agnus, magno terræ motu ac rugitu tanquam leo, devicta morte tertia die resurrexit ac librum, & aditum vitæ nobis aperuit. Secundò, Divus Bernardus sermone primo de Paschate: Leonem, Joannes audierat, & Agnum vidit; Agnus accepit librum, Agnus aperit, & aperit leo. Denique dignus est (ajunt seniores) Agnus, qui occisus est accipere fortunam, non mansuetudinem amittere, sed accipere fortunam, ut Agnus maneat, & leo sit. Joannes librum vidit, & tamen Agnum vidit.

103. Difficultas questionis... 104. Rupertus. Christus mortuus ut Agnus, tanquam leo devicit ac resurrexit... 107. D. Bernard. Mansuetudine omnium animos Christus subiecit at debellavit.